SUB | NIEDERSÄCHSISCHE STAATS- UND UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GÖTTINGEN

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv
Jahr: 1646
Kollektion: Zoologica
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN367611805
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805

LOG Id: LOG_0041
LOG Titel: De Vulture Baetico. Cap. IV.
LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716
PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716
OPAC: http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.
Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.
Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de



METEORA.

PROPE Claurum montem, & Compenium anno 1194. Corui vel potiùs Vultures immenſæ multitudinis in aëre de loco ad locum volitantes cum roſtris viuos atque ardentes carbones portare viſi ſunt, quibus domos incendebant: eo ipſo etiam die in Epiſcopatu Laudunenſi caſtrum quoddam circa Clauimontem fulminibus de cælo penitus deſtructū eſt, & eodem anno circa Henricus Imp. totam Apuliam, Calabriam atque Siciliam (quæ iure hæreditario ex parte ſuæ vxoris eum contingebant) Imperio ſuo ſubiugauit.

DE VVLTVRE BÆTICO. Cap. IV.

VVLTVR autē Bæticus Aquila paulò minor eſt, atq; pennas colli, dorſi, ventris, totiusq; adeò corporis bætico colore, ſeu caſtaneo tinctas habet, atque hinc à nigro differt. Alarum verò maiores & caudæ pennæ, eiuſdem cuius nigri, ſunt coloris. Vtriq; caudâ ſunt breui, alarum longiſſimarum reſpectu. Hæc quidem vt cæteris rapacibus in alis, naturā ac conſtitutionem minimè ſequuntur, ſed potiùs vt Picis viridibus Gallis dictis, id eſt, Martijs. Reperiuntur vt plurimùm extremis cuſpidibus mutilæ ac diffractæ, quod indicio eſt has eos atte-

Vulturis Bætici & nigri differentia.

rere

rere rupium ſaxis, quibus degunt ac nidum conſtruunt. Vultures Bætici ſeu albi conſpectu rariores ſunt, quàm nigri, & hoc peculiare habent, quòd plumæ verticis ipſis breuiculæ ſint ac curtæ admodum, ſi Aquilis comparentur; quæ cauſa eſt cur caluos eſſe eos quidam ſint opinati. Crura obtinent breuia, plumis vndiquaq; contecta ad ſuperiorem vſq; digitorum partẽ. Quæ nota quidem peculiaris eſt, nec cuipiam cæterarum rapacium aduncarum competens, præterquam nocturnis. Bæticis his plumæ colli admodum anguſtæ ac longiuſculæ ſunt, quales Gallis Gallinaceis & Sturnis è collo propendent, ſi reliquis, quæ dorſum, latera, necnon alarum ſinus operiunt, comparentur, quæ exiguæ ſunt & latiuſculæ inſtar ſquammarum. Eæ verò, quæ dorſum, ventriculum, ventrem, & vropigij radicem veſtiunt, ruffæ apparent in Bætico Vulture, in nigro verò nigræ, ſed in vtroq; latæ ſatis. Huius autem Betici ſui Vulturis hanc, quàm poſuimus, Bellonius iconem exhibet.

DE VVLTVRE LEPORARIO Germanorum. Cap. V.

Vulturis Leporarij Sinonyma

Aſsgyr. Keybgyr. Roſſgyr. Hotzgyr. Steingyr. Haſengyr.

FORMA DESCRIPTIO.

ORNITHOLOGVS de eo Vulture, quem Germani à Leporum raptu Leporarium vocant, in hunc modum ſcribit: Ego hoc genus Germanicè Aſſgyr, id eſt, cadauerum Vulturem rectè nominari puto, vnde & keybgyr dicitur, ab alijs Roſſgyr, ab equis nimirum, quòd eorum cadauera appetat, ab alijs (vt circa Claronã Heluetiorum) Hotzgyr, neſcio qua ratione, alibi Steingyr, à rupibus, in quibus nidificat. Lepores rapit, vnde illi nomen factum Haſengyr, id eſt, Leporum Vultur. Pectore non ita fuluo eſt, vt aureus noſter, magnitudine inferior. Iconem eius Germaniæ noſtræ ornamentum Georgius Fabritius ad me miſit, hac etiam adiecta deſcriptione: Vultur quem Germani Ein Haſengyr appellant, roſtro eſt obunco, nigro, fœdis oculis, corpore firmo & magno, alis latis, cauda longa & directa, colore in rutilo nigricãte,